

Oratio Micipsae ad Jugurtham
Adurbalem ac Hiempsalem.

Parvam ego Jugurtha te amisso patre, sine spe, sine opibus in meum regnum accepi, existimans non minus me tibi, quam liberis si genuissem ob beneficia charum fore. Neg ea res falsum me habuit. Nam ut alia magna, et egregia tua facta omitam, non sane rediens Numantia, me regnum meum gloria decorasti, tuam virtute nobis Rom. ex amicis amicitias fecisti in Hispania nomen familiae nostrae renovatum est. Lostraco, quod difficillimum inter mortales est, gloria mundiciam vicisti. Nunc quoniam mihi Natura finem vitae facit, per hanc dexteram, per regni fidem moneo, obtestor te, ut hos, qui tibi genere propinquis beneficiis meo fratres sunt, caros habeas, neu malis alienis adungere, quam sanguine conjunctos vel tenere. Non Exercitus, neq. thesauri praesidia Regni sunt, verum amici, quos neq. armis cogere neq. auro parare queas: officio et fide parantur, quis autem amicus, quam frater fratri? Aut quem alienum fidum invenies, si tuus hostis fueris? equidem vobis regnum concordia maxime dilabuntur. Ceterum ante hos te Jugurtha, qui aetate, et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet: Nam in omni certamine, qui opulentiior est, etiam si accipit injuriam, tamen quia plus potest, facere videtur. Nos autem Adurbalem, et Hiempsalem colite, et observate talem hunc virum. Imitamini virtutem: et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse, quam videat genuisse.

Josias Nandor Schön. Lusati
Josias Schönberg. Lusati